



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munitianæ, 1665**

IX. De Confirmatione Electonis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

DE CONFIRMATIONE  
ELECTIONIS.

TITULUS IX.

*Electus debet intra mensam consentire electioni, alioquin aliis poterit electi, hoc dicit.*

**N**uncendum est de confirmatione. Sciendum est itaq; in primis, Gregorianae constitutione a in Lugdunensi Concilio cauum fuisse, ut electores, quam primum commode possint, operam dent, ut electi consenserent: quem si infra mensam, fine causa legibus cogniti, electus accommodate distulerit, jure, si quod cicererat extuli electione qualiter, statim catere debet: Electoresque ad aliam electionem libere posse convolare.

*Electus post confirmationem electioni praesumitur, vel notitiam habitat, debet intra mensam ad fidem Apostolicam iter arripare, & quanto citius poterit, confirmationem obtinere.*

**E**adem constitutione b. cavitur, electum infra tres mensas post confirmationem electioni praesumitur, si nullum iustum impedimentum obstat, confirmationem a superiori Prelato petere debet: alioqui trimestri spatio electio electionem esse penitus irritandam. Sed cum interdum eveniat, ut aliquorum locorum vicinitas minus exigat, aliquorum distans prolixus tempus exposcat, coniunctissime Nicolaus & tertius fanxit: Ut electi, quorum electionem confirmationes adfides Apostolica exanim deducit immediata subiectio, vel appellatio interjecta devolvit, infra mensam post confirmationem, vel habita de iuris confirmatione notitiam, ad fidem ipsam Apostolicam iter arripiant, & quanto citius commode poterunt, cum omnibus iuribus coram Apostolica personaliter comparentur, suarum electionum confirmationes petirunt: aliaq; insuper addicunt, quibus Ecclesiastis periculis vaccinationibus ac malignantium subterfugis, electorum; incommodis facile occurrunt: que non solum in electionibus, verum etiam in postulationibus obtainere voluit.

*Non confirmationis non potest res Ecclesia administrari, art. n.d.*

**Q**uando autem quis confirmationem non est, retum Ecclesiasticarum administrator esse non potest, si negotiis Ecclesie, ad quam vocatus est, se te remere ingessit, omni jure, quod ei per electionem qualiter fuerit, statim privandus erit: nullo neque Oeconomatus, nec procreationis praetextu excusandus.

*Electio non est obediendum, nisi littera confirmationis ostendatur, h.d.*

**P**retet igitur is qui confirmatus est, ab Apostolica fede literas, confirmationis tenorem continentibus, illici ostendit, ad quose res pertinet: alioqui nulli eum absque dictarum literarum ostensione recipere tenebuntur. Quod & in promotione apud dictam fidem facta, & in confirmatione, vel beneficiorum munere, locum fibi vindicat.

*Confirmationis non conceditur, nisi cum causa cognitionis, h.d.*

**I**s autem, ad quem confirmationis pertinet, diligenter examinare debet, & electionis processum, & personam electi: est enim hoc generale, ut ad eum pertinere examinationem, ad quem manu impotito spectat. Et cum omnia recte concurrant, tunc manus ei confirmationis impendat. Quod si fecus factum fuerit, non solum dejiciendus erit indignè promotus, verum etiam indignè promovens puniendus. Nihil est enim quod Ecclesia Dei magis officiat, quam si indigni ad regimen assumatur animalium. Quod cum in cunctis sacris ordinibus sibi locum vendicet, in Episcopo tamen multo fortius: qui ad curam aliorum potius, in se ipso debet ostendere, quomodo exteror in domo Dei oporteat conversari. Quod si forte eligentium vota in duas se divisserint partes, is confirmatoris judi-

cio alteri preferendus erit, qui majoribus juvatur studiis & meritis.

*Si unus sit postulatus, aliis electus, preponitur electus aque indigneus, nisi postulatum sit duplo major numerus. Qui tamen si ignoranter indigneum postulaverit, nec electio valeat: sed si scienter, electio tenet, hoc dicit.*

**E**t si vacante Ecclesia, scisso in duas partes capitulum, alius quidem electus fuerit, alius vero postulatus, quari potest, electione confirmanda, an vero postulatio fit admittenda? In qua specie si tam postulatus, quam electus sint idonei, responsum est, Si postulatum numerus sit eligentium duplo major, utiq; postulationem esse admittendam: sin id minus, electionem confirmandam. Sed si postulantes indigneum necesse postulaverunt, nec postulatio, nec electio rata habenda erit: si scientes & prudentes, erit electio confirmanda.

*In confirmatione facienda citandi sunt, quarum interesse potest. Et calumniosi opposentes, puniuntur, h.d.*

**L**iquid b. etiam confirmantem observare oportet, ne dum nimis in confirmingando celeritate utitur, contra doctrinam Apostoli proprium affectum iuri & aequitati praeponat. Itaque, si coelectus aliquis, vel contradictor apparet, ante confirmationem nominatim vocandus est: alioqui si nemo apparet in foribus Ecclesie, in qua electio facta est, generaliter edicendum erit, ut si quis sit, qui confirmationis futura velint opponere, ad contradicendum in assignato peremptorio termino præfentes esse debent. Quia omnia locum habent, sive concorditer electio fuerit celebrata, sive non. Sciant tamen ii, qui contra electionem opponendum duxerint, se, si probationibus definiti fuerint, ab omni penitentia præsidio exclusos, legitimis penitis esse subiciendos.

*Potest dispensari, cum electo schismatis, si nullum ordinem a schismatis suscepit, h.d.*

**D**e illo dubitai contingit, an ejus, qui abjurato schismate ad unitatem ecclesie redit, confirmanda sit electio? & responsum est, Si à schismatis nullum suscepit ordinem, & ejus electio canonice celebrata deprehendatur, posse illam dispensari est confirmari.

*Confirmatus & nondum consecratus, exercet solum quae sunt iurisdictionis, non quae sunt ordinis. Et nemo dat, quod non habet, h.d.*

**G**itur confirmatus omne secuta, inter electum & personas eligentium, hoc est, Ecclesiam, spirituale conjugium, & contrahitur. Quapropter confirmatus liberam super illis statuendi nancetur facultatem. Hoc autem sic intelligi oportet e., eorum quidem quae iurisdictionis sunt, utputta, corrugandi, excommunicandi, iuris iurandum exigendi, conferendi, confirmandi, & in similium, libera confirmatione permisit sit tractatio: Ea vero, quae non iurisdictionis, sed ordinis sunt, veluti Clericorum ordinationes, benedictiones virginum, depositiones, Ecclesiarum & altarium consecrationes, ante propria consecrationem per agere prohibetur. Neque enim ratio ludere videtur, ut quis in alios id conferre possit, quo eundem indigere dignocitur. Quod si consecratus sit, non solum quae iurisdictionis, verum etiam quae ordinis sunt, exequi poterit,

## DE CONSECRATIONE.

TITULUS X.

*Consecratio expedita debet intra tres mensas post confirmationem, hoc dicit.*

**D**ebet igitur is qui canonicè electus, confirmatus & examinatus est, novissime consecrari. Quod & quidem ne Ecclesia Pastoris, quasi definita solatio, aliquod patiatur incommodum, intra tres menses

a. C. quām sit, de elect. in 6. b. d. c. quām sit, de elect. in 6. c. C. cupiente, de elect. in 6. d. Cap. avaritia, de elect. in 6. e. C. nihil est, in prim. extra, de elect.

b. C. fin. de elect. in 6. c. C. quād diligentia, ext. de elect. d. C. s. sicut autem ext. de translat. Episc. e. Gl. fi. ca. transfig. ext. de elect. f. C. quod sit. g. præterea. & d. gl. fi. ext. de elect. g. Can. s. d. p. 75.

Aaaa 3